

**V**OCAVIT AUTEM P  
mosen & locutus est eidem  
de tabernaculo testimonium  
dicens. Loquere filiis israel  
& dices ad eos. homo qui obtule-  
rit ex vobis hostiam domino de pe-  
coribus id est de bubus & ovibus  
offeret & victimas. Quod non di-  
ligens dominus sacrificia ea quae sunt  
de sacrificiis iudeis precepit.  
Demonstrat esaias dicens. Quo  
mibi multitudinem victimarum  
vestrarum dicit dominus. plenus sum ho-  
lochausta arietum & adipe pin-  
guum & sanguinem vitulorum  
& agnorum & hyrcorum nolui.  
Cum veneritis ante conspectum  
meum quis quesierit haec de ma-  
nibus vestris. ergo quodammodo  
hoc quod de sacrificiis praeece-  
perat abnuit. his similia & a-  
mos dicit. Numquid victimas  
& sacrificia obtulistis mihi in  
deserto xl. annis domus israel  
Aut quin frequenter obtulestis  
sed ob hoc quod nimis ei displice-

bant. ea quasi non oblata reputa-  
bat. eadem & hieremias propheta ait.  
**H**AEC DICIT DOMINUS EXERCITU-  
um domini israel. holocausta  
vestra addite victimis vestris & co-  
medite carnes quia non sum locu-  
tus patribus vestris & non praeece-  
pisti in die qua eduxi eos de tra-  
egipti. De verbo holocausto ma-  
tum & victimarum. Sed in quibus  
haec de quibus loquimur. Ipse man-  
davit qui & negat. & cur negat  
quae mandaverat. Cur quia in-  
tentionem datoris huius qui accepe-  
runt transgressi sunt. cum enim  
esset subtilis & valde sublimis lex.  
& cum propter eos absconsa esset  
in superficie litterarum. quatenus  
perutantes eam discerent. cum  
prius suos emundasset sensus.  
Erant crassiores atque duricor-  
des & nec dum legem dei intelle-  
gere valentes in ignorantiam  
remanserunt. Cum autem maxi-  
ma distinctione verborum legis  
lator utatur. ea nunc & iam